Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tum quomodo paulo datus
est stimulus ne eum extol
leret magnitudo reuelati
onum. Vt si sollicite ser
uent ipsum meritum suum. accres
cat eis ipsum meritum quo
modo beato iob accidit tempta
ri a dyabolo et pro gloria dei
quomodo ceco nato in euglio
contigit a natiuitate cecum
fuisse. Preter has proinde
dispensationis causas. quin
ta causa est temporalis pe
ne consistens in magna
iudicii equitate qua tem
poraliter afflictio cuiuslibet
inchoatur ut in sempiter
no exterminio interminabili
fine finiatur. Sic herodes
ab angelo percussus est. sic a
uermibus anthiochus consump
tus est ut ille eternali
ter sub angelo exterminatore
exterminaretur. et hic
uermem unquam mordentem
et nunquam morientem indeficienter
suis defectibus pateretur.

Utiliter simul et
breuiter ad in
quisita respon
disti. Adhuc intuere si
placet summe domine illius
que et nomine et effectu
stella maris est. opera et
mirabilia eius in profun
do. Bene nosti quomodo stul
torum in libertate amplior
ruina est. Stulti enim
regere se non possunt. et
nisi moderatorem habeant
precipitantur propriis uoluntati
bus. Proinde merito sapiens
quidam sicut inquit tormento
acerbatur. et geminatur
saxi ruina. sic insipientis
in libertate ruina uehemen
tior est. Iam sine causa
his uerbis dicenda preue
nio. Est gens anglorum
ad inania studia munda
ne uanitatis et curiosita
tis naturaliter plus aliis ho
minibus apta et prona. Hu
ius gentis stulticiam omnipo